



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 32. Morosum atque affectatum Regis genium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

usum recuperavit, quamvis quæ profer- Sæc. XV.
ret, adeo hiulcis ac morientibus pene vo- A.C. 1480.
cibus exprimeret, ut nonnisi ab illis, qui
assidue in ejus servitio erant, intelligi
potuerit.

§. XXXII.

*Morosum atque affectatum Regis
genium.*

Rex, cum subita hac animi defectione Comm. 1.6.
opprimeretur, collectis viribus cor- 6.7.
pus suum cuidam adolvebat fenestræ,
quam ipsius familiares quantocius clau-
debant; verebantur enim, ne se præci-
pitem daret, ac propterea irretorto oculo eum observabant: dum vero paululum sensuum usui restitutus esset, quis eum a fenestra removisset, interrogat? vixque horum nomina edoctus, protinus omnes aula excedere, & plurimos officio abire jubet; quippe præ verecundia haud amplius eorum vultum sustinebat, eoquod imbecillitatis ejus testes essent. Haud absimili integræ valetudinis simulatione stimulus, ut adhucdum gravibus Regni negotiis par esse ab aliis crederetur, decima seu duodecima, qua apoplexia tactus est, die Senatuum suum coegit, ut ab ipso, quæ hucusque decreta fuissent, edoceret, sexque suos tum Ministerio fungentes ad se venire jubebat.

Sæcul. XV. bat. Erant autem illi Bellojovii Co
 A.C. 1480. mes, Carolus de Ambacia, Augustodu
Matth. hist. nensis Episcopus, Petrus de Rohan Gie
Lud. XI. l. 10 Marescallus, Philippus Comminæus, &
 Gie Ludanus, quorum quemlibet sigillatim
 quæ in Senatu agitarentur, sibi referre
 jussit, & quamvis eorum verba ægre ad
 modum perciperet, nihilominus se dere
 rum statu plenam hausisse notitiam si
 mulabat, ac nonnunquam epistolas extra
 hebat, easque legere fingebat, quamvis
 ut inquit Comminæus, nil eorum, quæ
 continebant, comprehenderet. Addit al
 lius quidam Scriptor, eum non raro epi
 stolas præposterè invertisse, ab adstanti
 bus tamen caute dissimulandum fuisse
 quod hunc errorem animadvertissent.
 Verbo, nil intentatum reliquit, ut pristi
 næ valetudinis recuperationem osten
 taret, unice intentus, ut haud minori
 quam antea, studio atque solertia publi
 cis regni sui negotiis invigilare censere
 tur.

§. XXXIII.

*Cardinalis Balvis libertas a Legato
 petita, atque obtenta.*

Legatus adversa Regis valetudine op
 portune usus, Regi supplicat, ut li
 bertati restitueret Cardinalem Balvem,
 qui perfidiæ, ac proditionis suæ poenas
 datu-